
INTERPRETATIONEM POETICAM LATINAM

ARCHETYPIS XXVII APPOSVIT GREGORIVS SAENGER.

МЕТРИЧЕСКІЯ ПЕРЕЛОЖЕНІЯ

НА ЛАТИНСКІЙ ЯЗЫКЪ.

ГРИГОРІЯ ЗЕНГЕРА.



С.-ПЕТЕРБУРГЪ.

ТИПОГРАФІЯ ИМПЕРАТОРСКОЙ АКАДЕМІИ НАУКЪ.

Вас. Остр., 9 лин., № 12.


1904.


Дозволено цензурою. С.-Петербургъ, 8 Марта 1904 г.

Еленѣ Николаевнѣ

Зенгеръ

въ память пятнадцатилѣтія 1889—1904.





Вошедшія въ настоящій сборникъ переложенія были, по большой части, раньше напечатаны порознь. Пересматривая ихъ нынѣ, переводчикъ пытался устранить главные ихъ недостатки, но убѣдился, что non eadem ratio est sentire et demere morbos: пришлось ограничиться внесеніемъ, сравнительно, немногихъ поправокъ въ первоначальную редакцію. Нуждаясь такимъ образомъ въ снисхожденіи, предлагаемая книжка въ правѣ на него расчитывать лишь въ томъ случаѣ, конечно, если читатель повѣритъ намъ, что она составлена безъ всякой личной притязательности: мы рѣшились издать и этотъ сборникъ, когда пришла пора подвести итоги своей филологической работы.

Г. З.

С.-Петербургъ, мартъ 1904.

I.

Ѱало́мъ дв҃дꙋ, а҃.

Бл҃же́нъ мꙋ́жъ, и҆́же не и҆́де
на совѣ́тъ[1] нечести́выхъ,
и҆ на пꙋтѝ грѣ́шныхъ не ста̀,
и҆ на сѣда́лищи гꙋби́телей[2] не сѣ́де:
Но въ зако́нѣ гдⷭ҇ни во́лѧ[3] є҆гѡ̀,
и҆ въ зако́нѣ є҆гѡ̀ поꙋчи́тсѧ[4] де́нь и҆ но́щь.
И҆ бꙋ́детъ ꙗ҆́кѡ дре́во насажде́ное при и҆схо́дищихъ во́дъ[5],
є҆́же пло́дъ сво́й да́стъ во вре́мѧ своѐ,
и҆ ли́стъ є҆гѡ̀ не ѿпаде́тъ: и҆ всѧ̑, є҆ли̑ка а҆́ще твори́тъ,
ᲂу҆спѣ́етъ.
Не та́кѡ нечести́вїи, не та́кѡ[6]: но ꙗ҆́кѡ пра́хъ[7],
є҆го́же возмета́етъ вѣ́тръ ѿ лица̀ землѝ.
Сегѡ̀ ра́ди не воскре́снꙋтъ нечести́вїи на сꙋ́дъ,
нижѐ грѣ́шницы въ совѣ́тъ првⷣныхъ[8].
Ꙗ҆́кѡ вѣ́сть гдⷭ҇ь пꙋ́ть првⷣныхъ,
и҆ пꙋ́ть нечести́выхъ поги́бнетъ.

I.

Psalm I.

Beatus ille qui procul conventibus
  Versatur impiae manus
Iterque vitat quod secuntur improbi
  Nec assidet nefariis,
Sed iussa gaudet numinis sancte colens
  Noctes diesque volvere.
Est hic ut arbor fontis ad lymphas sata,
  Quae poma fundit tempore
Semperque vernat frondibus. Quicquid geret,
  Faustos habebit exitus.
Non sic maligni, namque erunt ut furfures,
  Quos flatus Austri dissipat,
Cadensque causa grex nocens arcebitur
  Tandem bonorum coetibus.
Rectos enim scit rex poli discernere
  Cursus, scelestos vindicat.

II.

Mt. **6**, 9. Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω
10. τὸ ὄνομά σου· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου·
γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ
11. καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον[1]
12. δὸς ἡμῖν σήμερον. καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα
ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις
13. ἡμῶν[2]. καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν,
ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ[3].
ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις
καὶ ἡ δόξα[4] εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

II.

Arce sedens caeli pater optime maxime noster,
  Nomen ubique tuum rite pieque colant;
Regna tua adveniant; lex sit tua sancta voluntas
  Non secus in terris atque per alta poli.
Quae nos sustineant hodie da pabula nobis
  Condonaque nefas, nos ut iniqua reis;
Auxilii nec nos inopes concede Maligno
  Tentandos, verum huic eripe succiduos.
Utque tibi rerum imperiumst ac summa potestas
  Et iubar aeternum, sic ego vera loquor.

III.

„ПОЭТУ".

Пушкина.

Поэтъ, не дорожи любовію народной!
Восторженныхъ похвалъ пройдетъ минутный шумъ,
Услышишь судъ глупца и смѣхъ толпы холодной;
Но ты останься твердъ, спокоенъ и угрюмъ.

Ты — царь: живи одинъ. Дорогою свободной
Иди, куда влечетъ тебя свободный умъ,
Усовершенствуя плоды любимыхъ думъ,
Не требуя наградъ за подвигъ благородный.

Онѣ въ самомъ тебѣ. Ты самъ — свой высшій судъ:
Всѣхъ строже оцѣнить умѣешь ты свой трудъ.
Ты имъ доволенъ ли, взыскательный художникъ?
Доволенъ? Такъ пускай толпа его бранитъ
И плюетъ на алтарь, гдѣ твой огонь горитъ,
И въ дѣтской рѣзвости колеблетъ твой треножникъ.

III.

Ne nimium, vates, tribuas popularibus auris:
 Plausibus et studiis quam cito finis adest!
Censuram nosces fatui turbaeque cachinnos:
 Haec quoque fer placidus propositique tenax.

Vita iuvet regem segrex te; libera planta
 Te rapiat propriae mentis ad arbitrium;
Impiger et dulces incudi reddere fetus
 Ingenii, meritis praemia nulla petas.

Praemia corde geris, iudex tibi maximus ipse,
 Quolibet asperior scripta probare tua.
Quae, siquidem auctori tetrico placuere, licebit
 Allatret volgus, futtile more suo,
Sputa procax mittatque tuos, antistes, in ignes
 Lascive tripodas commoveatque sacros.

IV.

„ФОНТАНЪ“.

Тютчева.

Смотри, какъ облакомъ живымъ
Фонтанъ сіяющій клубится,
Какъ пламенѣетъ, какъ дробится
Его на солнцѣ влажный дымъ.

Лучомъ поднявшись къ небу, онъ
Коснулся высоты завѣтной, —
И снова пылью огнецвѣтной
Ниспасть на землю осужденъ.

О, смертной мысли водометъ,
О, водометъ неистощимый,
Какой законъ непостижимый
Тебя стремитъ, тебя мятетъ?

Какъ жадно къ небу рвешься ты!
Но длань незримо роковая,
Твой лучъ упорный преломляя,
Свергаетъ въ брызгахъ съ высоты...

IV.

Nimbosa versans usque volumina
Scintillet ut fons, aspice, dum salit,
Phoebique inardescant sagittis
Innumerae laticis favillae.

Sublime fertur concita vena aquae,
Sed fine tacto non violabili,
Addicta telluri fluenta
Pulvere deciduo coruscant.

Mortalium o fons cordibus emicans,
Fons o perennis mentis et ingeni,
Legemne mirandam secutus
Tu trepidas raperisque sursum?

Nisu requiras caelum avido licet,
Occulta fati praevalidi manus,
Truncans tenorem tam ferocem,
Sternit humi pluvias ruinas.

V.

„ТРИ ПАЛЬМЫ“.

Лермонтова.

Въ песчаныхъ степяхъ аравійской земли
Три гордыя пальмы высоко росли.
Родникъ между ними изъ почвы безплодной,
Журча, пробивался волною холодной,
Хранимый подъ сѣнью зеленыхъ листовъ
Отъ знойныхъ лучей и летучихъ песковъ.

И многіе годы неслышно прошли;
Но странникъ усталый, изъ чуждой земли,
Пылающей грудью ко влагѣ студёной
Еще не склонялся подъ кущей зеленой,
И стали ужъ сохнуть отъ знойныхъ лучей
Роскошные листья и звучный ручей.

И стали три пальмы на Бога роптать:
„На то ль мы родились, чтобъ здѣсь увядать?
Безъ пользы въ пустынѣ росли и цвѣли мы,
Колеблемы вихремъ и зноемъ палимы,
Ни чей благосклонный не радуя взоръ?...
Не правъ твой, о небо, святой приговоръ!...“

V.

Qua sitiunt steriles Arabum telluris arenae,
Palma triplex alte capitum flabella superba
Curvabat mediumque soli squalore ruentem
Manantemque levi gelidae cum murmure lymphae
Defendebat amans diffuso tegmine fontem
Solis ab aestiferi radiis et pulvere torto.

Nec tamen ullus adhuc tacite volventibus annis,
Lassato pede permensus deserta peregre,
Torridus admorat scatebris avida ora viator,
Umbrarum latebras virides et frigora captans:
Iamque arescebat, nimiis fervoribus aeger,
Luxuriansque decor frondis rivusque susurrans.

Ergo indignari palmae numenque gravari:
„Vivere eone datumst, ut agatur marcida vita?
Floruimus solae in nullosque adolevimus usus,
Turbine iactatae, Phoebeis ignibus ustae,
Nec cuiquam obtulimus memori spectacula laeta:
Sancte pater, legem statuisti durus iniquam!“

И только замолкли — въ дали голубой
Столбомъ ужъ крутился песокъ золотой,
Звонковъ раздавались нестройные звуки,
Пестрѣли коврами покрытые вьюки,
И шелъ, колыхаясь какъ въ морѣ челнокъ,
Верблюдъ за верблюдомъ, взрывая песокъ.

Мотаясь, висѣли межъ твердыхъ горбовъ
Узорныя полы походныхъ шатровъ;
Ихъ смуглыя ручки порой подымали,
И черныя очи оттуда сверкали...
И станъ худощавый къ лукѣ наклоня,
Арабъ горячилъ вороного коня.

И конь на дыбы подымался порой,
И прыгалъ, какъ барсъ пораженный стрѣлой;
И бѣлой одежды красивыя складки
По плéчамъ фариса вились въ безпорядкѣ;
И съ крикомъ и свистомъ несясь по песку.
Бросалъ и ловилъ онъ копье на скаку.

Вотъ къ пальмамъ подходитъ, шумя, караванъ;
Въ тѣни ихъ веселый раскинулся станъ.
Кувшины, звуча, налилися водою,
И гордо кивая махровой главою,
Привѣтствуютъ пальмы нежданыхъ гостей,
И щедро поитъ ихъ студёный ручей.

Vix bene desierant, procul aurea surgit in aethra
Itque rotata polis glomerato pulvere nubes,
Ingeminant raucos tinnitus aera cavata,
Sarcina collucet variis instrata tapetis,
Inceditque gradu nutanti, classis ut alto,
Magna camelorum vis sulcans putria regna.

It redit alternis, solida inter gibbera pendens,
Versicolor pannus comitantis in avia veli;
Fusca levat manus hic illic aulaea tenello
Pollice et inde nigrans binis micat ardor ocellis,
Incumbens phaleris gracili dum corpore iuxta
Barbarus alipedem stimulis eques incitat atrum.

Ast ille arrecto tollit se pectore in auras
Exsultatque velut telo percussa leaena,
Atque ita sessoris sinuatur candida vestis
Flamine et, involitans umeris, speciosa flagellat
Clamantem, dum fertur ovans, et sibila dantem
Praemissumque veru repetentem praepete cursu.

Ingenti strepitu palmis successerat agmen
Inseditque locis, umbroso culmine gaudens
Festinansque urnis resonos haurire liquores.
Annuit hospitibus felici vertice lucus
Magnifice, subitos insperatosque salutans,
Nec parce fessis gelidas fons praebuit undas.

Но только-что сумракъ на землю упалъ,
По корнямъ упругимъ топоръ застучалъ —
И пали безъ жизни питомцы столѣтій!
Одежду ихъ сорвали малыя дѣти,
Изрублены были тѣла ихъ потомъ,
И медленно жгли ихъ до утра огнемъ.

Когда же на западъ умчался туманъ,
Урочный свой путь совершалъ караванъ;
И слѣдомъ печальнымъ на почвѣ безплодной
Виднѣлся лишь пепелъ сѣдой и холодной;
И солнце остатки сухіе дожгло,
А вѣтромъ ихъ въ степи потомъ разнесло.

И нынѣ все дико и пусто кругомъ —
Не шепчутся листья съ гремучимъ ключомъ:
Напрасно пророка о тѣни онъ проситъ —
Его лишь песокъ раскаленный заноситъ,
Да коршунъ хохлатый, степной нелюдимъ,
Добычу терзаетъ и щиплетъ надъ нимъ.

Sed simul ac primam traxere crepuscula noctem,
Robora palmarum sonuerunt icta securi:
Procidit emoriens saeclis nutrita propago,
Eximium pueri lacerarunt frondis honorem,
Concidere viri proceros denique truncos,
Lentaque ad Auroram consumpsit flamma minutos.

Solis in occasus nebulis iam mane fugatis,
Conficiebat iter longe vaga turba diurnum,
Tristia vastatae linquens vestigia sedi,
Canentes cineres restinctaque ligna focorum:
Flagrantique has relliquias mox lampade Titan
Exussit, tostas venti rapuere furentes.

Desolata ibi nunc remanent incultaque cuncta:
Conticuere comae, nec mutua voce sonora
Fons reddit: supplex umbras rogat ille propheten.
Nequiquam! pergit latices obducere pulvis,
Cristatusque, hominem vitans, tantummodo voltur
Dilaniat praedam fibrasque in margine vellit.

VI.

„The destruction of Sennacherib".

By Lord BYRON.

The Assyrian came down like the wolf on the fold,
and his cohorts were gleaming in purple and gold;
and the sheen of their spears was like stars on the sea,
where the blue wave rolls nightly on deep Galilee.

Like the leaves of the forest when summer is green,
that host with their banners at sunset were seen:
like the leaves of the forest when autumn hath blown,
that host on the morrow lay wither'd and strown.

For the Angel of death spread his wings on the blast,
and breathed in the face of the foe as he pass'd;
and the eyes of the sleepers wax'd deadly and chill,
and their hearts but once heaved, and for ever grew still.

And there lay the steed with his nostril all wide,
but trough it there roll'd not the breath of his pride;
and the foam of his gasping lay white on the turf,
and cold as the spray of the rock-beating surf.

VI.

И бысть въ нощь ону, и сниде Ангелъ Господень, и уби отъ полка Ассѵрійскаго сто осмьдесятъ и пять тысящъ. И восташа заутра, и се вси трупіа мертва.

Ц. IV. 19, 35.

Ingruit Assyrius, lupus ut ieiunus ovili:
barbarico fulgent ostroque auroque catervae,
nec minus aera micant, tremulo quam sidera ponto,
glaucum ubi nocte salum Galilaeo fluctuat alto.

Quotque virent foliis aestivo tempore silvae,
decedente die tot signa undare videres;
quotque iacent frondes autumni a flamine silvis,
corpora mane solo tot vesca et sparsa videres.

Extentis Genius leti praenuntius alis
allapsus castris, tantum spirarat in ora:
nec mora, sopitis pallentia lumina torpent,
corda virum saliunt semel aeternumque quiescunt.

En stratus recubat sonipes neque, ut ante solebat,
indomitus volvit patulis sub naribus ignem,
sed singultantis sanies in caespite canet
frigida, ut aspergo tundentis saxa tumoris.

And there lay the rider distorted and pale,
with the dew on his brow and the rust on his mail;
and the tents were all silent, the banners alone,
the lances uplifted, the trumpet unblown.

And the widows of Ashur are loud in their wail,
and the idols are broke in the temple of Baal;
and the might of the Gentile, unsmote by the sword,
hath melted, like snow, in the glance of the Lord.

En proiectus eques distorto luridus ore,
roscida frons stillat, squalet robigine thorax;
muta etiam tentoria hiant, vexilla relicta,
tela infixa rigent, nullas tuba verberat aures.

At viduae Assyriis quam lamentantur in oris!
quin discussa ruunt simulacra in limine Baal:
impia quippe phalanx, ferro non caesa corusco,
tabuerat, ceu nix, Domini ipso evanida visu.

VII.

„ALPUHARA“.

Ballada Adama Mickiewicza *(Konrad Wallenrod, IV)*.

Już w gruzach leżą Maurów posady,
Naród ich dźwiga żelaza;
Bronią się jeszcze twierdze Grenady,
Ale w Grenadzie zaraza.

Broni się jeszcze z wież Alpuhary
Almanzor z garstką rycerzy.
Hiszpan pod miastem zatknął sztandary:
Jutro do szturmu uderzy.

O wschodzie słońca ryknęły spiże,
Rwą się okopy, mur wali;
Już z minaretów błysnęły krzyże:
Hiszpanie zamku dostali.

Jeden Almanzor, widząc swe roty
Zbite w upornej obronie
Przerżnął się między szable i groty,
Uciekł i zmylił pogonie.

VII.

Strata iacent Maurum disiectis oppida tectis,
Ferratasque trahit gens debellata catenas;
Arcet adhuc fidis Granata a moenibus hostem,
Sed Granata gemit dira pessumdata labe.

Parva cohors etiam manet Almansoris in armis,
Alpuxarranas certans defendere pinnas;
Constituit tamen Hispanus vexilla sub urbe,
Mane novo molem summa ruiturus opum vi.

Et vix orta dies, reboat polus aere tonante,
Nec mora, procumbunt volso munimine muri,
Tandem expugnat ovans arcem bellator Hiberus
Cruxque sacris Arabum spargit de turribus ignes.

Unicus Almansor, socios ubi iam videt omnes
Intrepidis cecidisse animis seseque vigere
Incolumem, rumpens sibi iter per tela, per enses
Effugit, inmissos quoque delusisse peritus.

Hiszpan, na świeżej zamku ruinie
 Pomiędzy gruzy i trupy,
Zastawia ucztę, kąpie się w winie.
 Rozdziela brańce i łupy.

Wtém straż odźwierna wodzom donosi,
 Że rycerz z obcej krainy
O posłuchanie co rychlej prosi,
 Ważne przynosząc nowiny.

Był to Almanzor król muzułmanów,
 Rzucił bezpieczne ukrycie,
Sam się oddaje w ręce Hiszpanów,
 I tylko błaga o życie.

«Hiszpanie, woła, na waszym progu
 Przychodzę czołem uderzyć;
Przychodzę służyć waszemu Bogu,
 Waszym prorokom uwierzyć.

«Niechaj rozgłosi sława przed światem
 Że Arab, że król zwalczony
Swoich zwycięższców chce zostać bratem,
 Wassalem obcej korony».

Protinus eversae victor discumbit in arcis
Ruderibus mediis atque inter caedis acervos,
Perque dapes largo prolutus guttura vino
Attribuit captos, praedam partitur opimam.

Nuntiat interea ducibus custodia portae,
Advenisse equitem peregrino sanguine cretum:
Hunc orare, sibi quam primum copia fandi
Detur aperturo magni rem ponderis illis.

Hic erat Almansor, Maurorum nuper in oris
Rex dominusque potens. Deserta sponte latebra
Rursus adest celer inque fidem se tradit Hiberum,
Nil poscens aliud, pactae nisi iura salutis.

„En, inquit, redii pronaque in limine fronte
Numen idem veneror quod gens Hispana precatur,
Nec vetat ascisci me quidquam in foedera ritus,
Cum vestros fatear vates divina locutos.

Fama adeo totum terrarum personet orbem,
Regem Arabum, plagae memorem non amplius acris,
Fraternum petiisse sibi domitoris amorem
Subiectique ostro sortem affectasse clientis“.

Hiszpanie męstwo cenić umieją;
Gdy Almanzora poznali,
Wódz go uścisnął, inni koleją
Jak towarzysza witali.

Almanzor wszystkich wzajemnie witał!
Wodza najczulej uścisnął:
Objął za szyję, za ręce chwytał,
Na ustach jego zawisnął.

A wtem osłabnął — padł na kolana,
Ale rękami drżącemi
Wiążąc swój zawój do nóg Hiszpana,
Ciągnął się za nim po ziemi.

Spojrzał dokoła — wszystkich zadziwił:
Zbladłe, zsiniałe miał lice,
Śmiechem okropnym usta wykrzywił,
Krwią mu nabiegły źrenice.

«Patrzcie, o giaury! jam siny, blady:
Zgadnijcie, czyim ja posłem?...
Jam was oszukał: wracam z Grenady,
Ja wam zarazę przyniosłem!

Laus apud Hispanos ingens virtute paratur:
Noscitur Almansor; reducem sine milite ductor
Excipit amplexu, proceres tunc ordine factum
Terribili salvere iubent ex hoste sodalem.

Inque vices gremio cunctos fovet hospes Hiberos
Praecipueque ducem: nec tantum pectora iungit,
Sed nunc innectens ambobus colla lacertis,
Nunc prensans palmas, avide circum oscula pendet,

Cum subito languens duplicato poplite fertur
Ad terram: gelidosque licet tremor occupet artus,
At, sibi detracto capitis velamine, nodis
Implicat Hispano crus adrepitque ligato.

Utque minax oculis lustravit singula passim,
Obstupuere viri: livescunt tempora Mauro;
Horrifice, rictu distorquens ora, renidet;
Sanguineum vibrant ardorem incendia visus.

Atque ita: „Miraris, turba abiectissima, pallor
Unde mihi viola frontem maculaverit aegram.
Verba dedi vobis: Granata namque reversus
Illinc invexi pestis contagia mecum.

«Pocałowaniem wszczepiłem w duszę
Jad, co was będzie pożerać...
Pójdźcie i patrzcie na me katusze,
Wy tak musicie umierać!»

Rzuca się, krzyczy, ściąga ramiona:
Chciałby uściśnieniem wiecznėm
Wszystkich Hiszpanów przykuć do łona;
Śmieje się — śmiechem serdecznym.

Śmiał się — już skonał; jeszcze powieki,
Jeszcze się usta nie zwarły,
I śmiech piekelny został na wieki
Do zimnych licόw przymarły.

Hiszpanie trwożni z miasta uciekli:
Dżuma za nimi w ślad biegła;
Z gór Alpuhary nim się wywlekli,
Reszta ich wojska poległa.

Oscula dispensans stillavi in viscera tabem,
Quae penitus vestras corrumpet saeva medullas.
Aspectate igitur, quantis cruciatibus urar,
Suppliciis iam iam perituri scilicet isdem“.

Sic ait et clamat, iactatur, contrahit ulnas —
Aeternis strictos amplexibus optet Hiberos
Absorbere sinu cunctos — geminatque cachinnos
Efferus, haud ficto contendens ilia risu.

Inridere etiam defunctum dicere possis:
Conivere negant oculi, rigida ora dehiscunt
Immoriturque genis ferali frigore tactis
Mansurus totum risus furialis in aevum.

Ilicet attoniti fugitant urbemque luemque
Hispani, sed trux sequitur vestigia clades,
Alpuxarranos necdum transgressa caterva
Saltus absumptast taetri spiramine morbi.

VIII.

„АНЧАРЪ".

Пушкина.

Въ пустынѣ чахлой и скупой,
На почвѣ, зноемъ раскаленной,
Анчаръ, какъ грозный часовой,
Стоитъ, одинъ во всей вселенной.

Природа жаждущихъ степей
Его въ день гнѣва породила,
И зелень мертвую вѣтвей
И корни ядомъ напоила.

Ядъ каплетъ сквозь его кору,
Къ полудню растопясь отъ зною,
И застываетъ ввечеру
Густой, прозрачною смолою.

Къ нему и птица не летитъ,
И тигръ нейдетъ; лишь вихорь черный
На древо смерти набѣжитъ —
И мчится прочь, уже тлетворный.

VIII.

Aestibus hausta iacet sine fruge ubi inhospita tellus,
Torvus ut excubitor riget antaris, unica in orbe.

Hanc olim genuit rabies sitientis arenae,
Liventesque comas stirpemque imbuta venenost.

Ac simul incaluit, stillatur cortice virus,
Tum picis in vitreae lentescit vespere massas.

Non petitur volucri, saevis non tigribus arbos;
Funestae inmissus, ruit hinc iam pestifer Auster;

И если туча оросит,
Блуждая, листъ его дремучій,
Съ его вѣтвей ужъ ядовит
Стекаетъ дождь въ песокъ горючій.

Но человѣка человѣкъ
Послалъ къ анчару властнымъ взглядомъ,
И тотъ послушно въ путь потекъ
И къ утру возвратился съ ядомъ.

Принесъ онъ *смертную смолу*
Да вѣтвь съ увядшими листами,
И потъ по блѣдному челу
Струился хладными ручьями;

Принесъ — и ослабѣлъ, и легъ
Подъ сводомъ шалаша, на лыки,
И умеръ бѣдный рабъ у ногъ
Непобѣдимаго владыки.

А царь тѣмъ ядомъ напиталъ
Свои послушливыя стрѣлы,
И съ ними гибель разослалъ
Къ сосѣдямъ въ чуждые предѣлы.

Et vaga frondosam nubes si forte rigavit,
Iste lue infectus calidam ferit imber arenam.

Misit homo tamen huc hominem, nutuque potentis
Paruit alter: abit, properat, cum luce reportat

Letiferam saniem siccamque in vimine frondem;
Albaque cum flueret gelidus per tempora sudor,

Tecta casae subiit fractusque resedit in ulva,
Mox servus miser ante pedes moriturus eriles...

At certa invictus tinxit rex tabe sagittas
Perniciemque trucem vicinis intulit oris.

IX.

ИЗЪ ВИКТОРА ГЮГО.

(Chants du crépuscule, XIV).

Oh! n'insultez jamais une femme qui tombe!
Qui sait sous quel fardeau la pauvre âme succombe?
Qui sait combien de jours sa faim a combattu?
Quand le vent du malheur ébranlait leur vertu,
Qui de nous n'a pas vu de ces femmes brisées
6 S'y cramponner longtemps de leurs mains épuisées?
Comme au bout d'une branche on voit étinceler
Une goutte de pluie où le ciel vient briller,
Qu'on secoue avec l'arbre et qui tremble et qui lutte,
10 Perle avant de tomber et fange après sa chute!
La faute en est à nous; à toi, riche! à ton or!
Cette fange d'ailleurs contient l'eau pure encor.
Pour que la goutte d'eau sorte de la poussière,
Et redevienne perle en sa splendeur première,
Il suffit, c'est ainsi que tout remonte au jour,
16 D'un rayon de soleil ou d'un rayon d'amour!

IX.

Damna pudicitiae parce exprobrare puellae:
Succubuit nimiis obruta forte malis
Vesanamque famem noctes perpessa diesque!
Dummodo virgineus sit sine labe pudor,
Turbine Fortunae fractas quam saepe videmus
Multa reluctari deficiente manu!
Vibrat in extremo quondam sic termite gutta
Splendoremque poli combibit imbre suo;
Quam si concutimus, trepido certamine adhaeret,
Gemmea, dum pendet, lapsaque turpe lutum.
In te, corruptor, culpa est auroque nefando!
Lympha tamen caeno sic quoque pura subest.
Utque latex pinguem possit deponere faecem
Emergatque nitens pristina baca, sat est,
Divinae lucis, qua sordes abluit omnes,
Si mittit radium Phoebus amorve pius.

X.

„СУМЕРКИ“.

Тютчева.

Тѣни сизыя смѣсились,
Цвѣтъ поблекнулъ, звукъ уснулъ;
Жизнь, движенье разрѣшились
Въ сумракъ зыбкій, въ дальній гулъ...
Мотылька полетъ незримый
Слышенъ въ воздухѣ ночномъ...
Часъ тоски невыразимой!
Все во мнѣ — и я во всемъ...

Сумракъ тихій, сумракъ сонный,
Лейся въ глубь моей души,
Тихій, томный, благовонный,
Все залей и утиши.
Чувства мглой самозабвенья
Переполни черезъ край,
Дай вкусить уничтоженья,
Съ міромъ дремлющимъ смѣшай!

X.

Caeruleae fuscant nebulae discrimina rerum,
  Iam color omnis hebet debiliorque sonus,
Ac strepitu modo cuncta replens trepidatio vitae
  Fluxas per tenebras murmura caeca rotat,
Nocturnis tamen ut gyros ducentis in umbris
  Percipiant aures papilionis iter.
Flebile nescio quid mentem conturbat et angit:
  Omnia me penetrant excutiorque mihi...

Blande sopor, dubiae comitare silentia lucis
  Atque animum penitus membraque fessa riga;
Ambrosio perfunde, precor, languore quietis
  Me totum, curas pectoris, alme, levans!
Eripias sensus cunctos caligine merso:
  Pondus iners iaceam, nil memor ipse mei;
Naturae socier somnis, similemque sepulti
  Me tandem placido sorbeat illa sinu!

XI.

ИЗЪ ЛЕРМОНТОВА. *).

. . . Бываютъ тягостныя ночи:
Безъ сна, горятъ и плачутъ очи,
На сердцѣ — жадная тоска;
Дрожа, холодная рука
Подушку жаркую объемлетъ;
Невольный страхъ власы подъемлетъ;
Болѣзненный, безумный крикъ
Изъ груди рвется — и языкъ
Лепечетъ громко, безъ сознанья,
Давно забытыя названья...
Давно забытыя черты
Въ сіяньи прежней красоты
Рисуетъ память своевольно:
Въ очахъ любовь, въ устахъ обманъ —
И вѣришь снова имъ невольно,
И какъ-то весело и больно
Тревожитъ язвы старыхъ ранъ...

---

*) Отрывокъ изъ стихотворенія: «Журналистъ, читатель и писатель».

XI.

...At quaedam, memini, noctes vigilantur amarae:
  Ardentes oculi fletibus ora rigant,
Assiduis exest animum cruciatibus angor;
  Pulvinar calidum frigida dextra rapit
Contrectatque avide, digitos quatiente tremore
  Dum subito erigitur statque pavore coma...
Lymphato tandem furialis pectore clamor
  Erumpit, saevum dant fera verba sonum,
Nominaque, exciderant dudum quae sensibus imis,
  Turbida mens recolit balbaque lingua refert;
Sponte etiam occurrunt post longa oblivia voltus
  Illarum, forma quae placuere sua:
Fulgentes astant prisco candoris amictu —
  Lumina dulce natant, perfida labra trahunt —
Iamque iterum caperis, nolens fis credulus illis,
  Atque voluptatem percipis inde novam,
Quod datur obductum refricare et scindere volnus!

Тогда пишу. Диктуетъ совѣсть,
Перомъ сердитый водитъ умъ.
То соблазнительная повѣсть
Сокрытыхъ дѣлъ и тайныхъ думъ:

Картины хладныя разврата,
Преданья глупыхъ юныхъ дней,
Давно безъ пользы и возврата
Погибшихъ въ омутѣ страстей,
Средь битвъ незримыхъ, но упорныхъ,
Среди обманщицъ и невѣждъ,
Среди сомнѣній ложно-черныхъ
И ложно-радужныхъ надеждъ.

Судья безвѣстный и случайный,
Не дорожа чужою тайной,
Приличьемъ скрашенный порокъ
Я смѣло предаю позору;
Неумолимъ я и жестокъ...
Но право, этихъ горькихъ строкъ
Неприготовленному взору
Я не рѣшуся показать:
Скажите-жъ мнѣ, о чемъ писать?...

Tunc me scripturum paenituisse iuvat.
Ipsa fatentis enim facit indignatio versum:
Clam patrata olim, clam meditata cano.

Nequitias memorans, quas, cum deferbuit aestus,
Stultitiae iuvenis nunc documenta voco,
Fluxerit ut sterilis flos irreparabilis aevi,
Flagitiorum haustus gurgite praecipiti,
Utque repugnarim, nulli conspectus amico —
Heu cinctus fatuis paelicibusque vafris —
Utque modo errarim vanis terroribus actus,
Spes modo alens vanas et simulacra petens.

Nec vereor celanda aliis committere chartae.
Imo ego non timide dedecus omne noto,
Sorte datus iudex, non exorabilis ulli,
Fucatos nudans, laudibus ipse carens.
Haec tamen hercle oculis ostendere dira modestis
Relligiost nobis: des potiora, precor!

XII.

ИЗЪ ПУШКИНА. *).

Зачѣмъ крутится вѣтръ въ оврагѣ,
Волнуетъ степь и пыль несетъ,
Когда корабль въ недвижной влагѣ
Его дыханья жадно ждетъ?
Зачѣмъ отъ горъ и мимо башенъ
Летитъ орелъ, угрюмъ и страшенъ,
На пень гнилой? Спроси его!
Зачѣмъ арапа своего
Младая любитъ Дездемона,
Какъ мѣсяцъ любитъ ночи мглу?
Затѣмъ, что вѣтру и орлу
И сердцу дѣвы нѣтъ закона.
Гордись! таковъ и ты, поэтъ,
И для тебя закона нѣтъ.

Исполненъ мыслями златыми,
Непонимаемый никѣмъ,

---

*) «Родословная моего героя», строфы XI и XII.

XII.

Turbine quid Boreas convallis perflat hiatum,
Quid deserta agitat, nimbos quid verrit harenae,
Fluctibus inmotis torpent dum stagna profundi
Ventorumque avide vires vocat aequore nauta?
Regia cur volucris montana cacumina linquit
Ac molem dira aspectu praetervolat altam
Torvaque considit cariosae stipite quercus?
Percontare aquilam! Simul hoc tamen erue, blanda
Gaudeat amplexu quare Desdaemona Mauri,
Cynthia qualis amat tenebras argentea noctis.
Nempe Aquilo, radios acie quae sustinet ales,
Virgineum pectus nulla quod lege tenentur.
Sume igitur prudens fastus animosque, poeta:
Tu quoque iure tuo non ulla lege teneris.

Aurea cum versas mentis penetralibus orsa,
Perspicit haud alius, tecum quam magna volutes.

Передъ кумирами земными
Проходишь ты, унылъ и нѣмъ.
Съ толпой не дѣлишь ты ни гнѣва,
Ни нуждъ, ни хохота, ни рева,
Ни удивленья, ни труда.
Глупецъ кричитъ: куда? куда?
Дорога здѣсь! Но ты не слышишь,
Идешь, куда тебя влекутъ
Мечтанья тайныя. Твой трудъ
Тебѣ награда: имъ ты дышишь,
А плодъ его бросаешь ты
Толпѣ, рабынѣ суеты.

At populus contra quicquid veneratur et ambit,
Hoc tu praeteriens morosa silentia servas.
Namque negas volgo socium te sive furenti
Seu cupido seu ridenti seu turpe rudenti,
Nec miraris idem, nec opellae vis comes esse.
Compellant stulti: „Quonam, quo tendis, amice?
Hac iter est!“ Sed tu, surdus monitoribus, illuc
Ferre pedem pergis, quo te rapit intima cordis
Cura. Tuus vigil ipse labor tibi maxima merces,
Hoc constanter eges, tamquam vitalibus auris;
Parta autem meditando obiectas pabula turbae,
Quae, nova semper avens, studio famulatur inani.

XIII.

ИЗЪ ЛЕРМОНТОВА.

Слышу ли голосъ твой
Звонкій и ласковый —
Какъ птичка въ клѣткѣ
Сердце запрыгаетъ.

Встрѣчу ль глаза твои
Лазурью глубокіе —
Душа на встрѣчу имъ
Изъ груди просится.

И какъ-то весело!
И плакать хочется...
И такъ на шею бы
Тебѣ я кинулся!

XIII.

Audio blanda liquidaque voce
Te profundentem quotiens loquellas,
Cor meum clausi cavea tremescit
Passeris instar.

In tuos spectans quotiens ocellos
Caerulas scrutor latebras tuendo,
Gestit occurrens animus petitis
Linquere pectus;

Laetus exsulto temere atque rursus
Tempero vix a lacrimis, eburna
Vae nimis quantum cupiens lacertis
Colla fovere.

XIV.

„ТУЧА".

Пушкина.

Послѣдняя туча разсѣянной бури!
Одна ты несешься по ясной лазури,
Одна ты наводишь унылую тѣнь,
Одна ты печалишь ликующій день.

Ты небо недавно кругомъ облегала,
И молнія грозно тебя обвивала;
И ты издавала таинственный громъ
И алчную землю поила дождемъ.

Довольно, сокройся! Пора миновалась,
Земля освѣжилась и буря промчалась,
И вѣтеръ, лаская листочки древесъ,
Тебя съ успокоенныхъ гонитъ небесъ.

XIV.

Ultima sedatis nubes remorata procellis,
Per radians caelum sola vagaris adhuc
Solaque diffundens maestas caliginis umbras
Tristitia nitidum laedis opaca diem!

Aethera cingebas densissima non ita pridem,
Te percurrebat flammea rima minans,
Terrificoque polum complebas murmure rupta,
Arentes terras imbribus exsaturans.

Iam satis est! cedas, abierunt tempora dextra:
Laeta renidet humus, turbida fugit hiems,
Arboreasque comas mulcens liquida aura favoni
Axe serenato te procul esse iubet.

XV — XXI.

ИЗЪ ШИЛЛЕРА.

1. Theophanie.

Zeigt sich der Glückliche mir, ich vergesse die Götter des Himmels;
Aber sie stehen vor mir, wenn ich den Leidenden seh'.

2. Erwartung und Erfüllung.

In den Ocean schifft mit tausend Masten der Jüngling:
Still, auf gerettetem Boot, treibt in den Hafen der Greis.

3. Die Triebfedern.

Immer treibe die Furcht den Sklaven mit eisernem Stabe;
Freude, führe du mich immer am rosigtem Band!

4. Das Distichon.

Im Hexameter steigt des Springquells flüssige Säule,
Im Pentameter drauf fällt sie melodisch herab.

XV — XXI.

1.

Haud superum memini, fateor, praesente beato;
Ante oculos adstant, si miser ullus adest.

2.

In freta procurrunt iuvenis dum mille carinae,
Portum intrat placide sospite lintre senex.

3.

Cuspide Formido servos agat usque minaci;
Mens alacris, strophio me rege puniceo.

4.

Hexameter sursum liquidae ruit impete venae,
Pentametri sequitur, rore cadente, melos.

5. Zeus zu Herkules.

Nicht aus meinem Nektar hast du die Gottheit getrunken,
Deine Götterkraft war's, die dir den Nektar errang.

6. Wissenschaft.

Einem ist sie die hohe, die himmlische Göttin, dem andern
Eine tüchtige Kuh, die ihn mit Butter versorgt.

7. Wahl.

[dein Kunstwerk,
Kannst du nicht Allen gefallen durch deine That und
Mach es Wenigen recht; Vielen gefallen ist schlimm.

XXII.

ИЗЪ ГЕТЕ.

[mich,
Welchen Leser ich wünsche? den unbefangensten, der
Sich und die Welt vergisst und in dem Buche nur lebt.

5.

Numina nequaquam de nectare, nate, bibisti:
  Dia tibi tua vis pocula nostra dedit.

6.

Huic dea sublimis doctrina imponitur astris;
  Est illi bona bos, ubera plena gerens.

7.

Omnibus arte tua nescis vitaque probari?
  Perpaucis placeas: pluribus ima placent.

XXII.

Hunc mihi lectorem cupio qui cetera misit
  Oblitusque sui est scriptaque nostra vorat.

XXIII.

„НИВА“.

Майкова.

По нивѣ прохожу я узкою межой,
Поросшей кашкою и цѣпкой лебедой.
Куда ни оглянусь — повсюду рожь густая!
4 Иду — съ трудомъ ее руками разбирая.
Мелькаютъ и жужжатъ колосья предо мной,
И колютъ мнѣ лицо... Иду я наклоняясь,
Какъ будто бы отъ пчелъ тревожныхъ отбиваясь,
Когда, перескочивъ чрезъ ивовый плетень,
